



# Boletín Oficial

DEL

## Obispado de Osma

(SEDE VACANTE)



Año LXV. 6 DE SEPTIEMBRE DE 1924. Núm. XVII

---

SUMARIO: Constituciones Apostólicas: Suspensión de indulgencias y facultades durante el Año Jubilar.—Id: Las indulgencias jubilares a los impedidos de acudir a Roma en las condiciones que se indican.—Variaciones del Breviario en la 3.<sup>a</sup> edición Vaticana.—Conferencia moral y Litúrgica.—Dirección general del Timbre: Sobre actos de consentimiento y consejo en el matrimonio de pobres.—Bibliografía.

---

### ACTA PII PP. XI

#### CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

*Suspenduntur Indulgentiae et facultates vertente anno universalis Iubilaei MDCCCXXV.*

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo primum, non sine afflatu divino, constitutum est, ut Iubilaeum maximum hac Alma in Urbe, certo quodam annorum intervallo, haberetur, nulla unquam temporum, rerum itinerumque condicio multitudines hominum prohibuit, quominus huc per Annum Sanctum confluerent. Christifidelibus enim cuiusvis ordinis, vel ipsa imperatoria regiaque dignitate ornatis, ut litterarum



monumenta testantur, religioni fuit ad hanc convenire Apostolicam Sedem, ut ab Episcopo Romano Petrique successore, qui germanus doctrinae sanctae custos interpretisque esset, idemque vitae supernaturalis fons purus atque integer, haurirent coram, unde in fidei communionem confirmarentur et mores in vinculo perfectionis—quod est caritas—ad altiorem sanctitatem componerent. Ut igitur fideles quam plurimi et heic quaerere, quae una in Urbe invenirentur, copiosiora pietatis expiationisque adiumenta, et principem inviolatamque Romanae Ecclesiae auctoritatem praesentes agnoscerent, decessor Noster Sixtus IV, anno MCCCLXXIII, decrevit, ut promulgata Iubilaei Indulgentia, iam ceterae omnes poenarum relaxationes, aut concessae aut concedendae, itemque facultates cuivis factae, extra Urbem, Apostolicae Sedis nomine atque auctoritate dispensandi absolvendique in utroque foro, per Annum piacularem conquiescerent ac suspenderentur. Ab eiusmodi quidem disciplina, quam deinceps, pro temporum rerumque varietate, decessores Nostri haud modice temperaverunt, eo minus Nobis deflectendum hodie esse censemus, quo facilius commodiusque itinera, vel creberrimorum agminum, apparari atque haberi contingit, et quo plaris religionis et societatis ipsius humanae interest, frequentissimos ad Apostolorum limina convolare peregrinos, ut arctius cum hoc unitatis catholicae centro cohaereant nobilissimosque caritatis pacisque sensus ac spiritus inter se alant ac foveant. Huc praeterea accedit, quod pium tot Romam coeuntium filiorum Nostrorum spectaculum, etsi tanto disiunguntur a Nobis terrae marisque intervallo, fieri non poterit quin acatholicos bene animatos percellat et acriore afficiat desiderio religiosae unitatis. Illaque, auctoritate Nostra apostolica, usitatas indulgentias et facultates Nostro nomine extra Urbem exercendas, ut decessores Nostri simili in causa decreverunt, sic Nosmet per totum Anni Sancti decursum inter-



mitti suspendique decernimus, iis tamen exceptis quas enumeraturi sumus.

Etenim ex indulgentiis, quae pro vivis concessae sunt, has, quae sequuntur, integras atque immutatas permanere volumus.

I. Indulgentias *in articulo mortis* lucrandas.

II. Eam, qua frui omnibus licet, quotquot, ad sacri aeris pulsum, *Salutationem angelicum*, aliamve pro temporis ratione precationem, recitaverint.

III. Indulgentias iis tributas qui pie templa inviserint ubi Sacramentum augustum *quadraginta horarum* spatio adorandum proponitur.

IV. Indulgentias, quas eos lucrari decretum est, qui Sacramentum augustum, cum ad aegrotos defertur, comitentur aut cereum vel facem per alios ferendam ea occasione mittant.

V. Indulgentiam, toties quoties lucrandam, iis concessam, qui Sacellum Portiunculae in templo S. Mariae Angelorum, prope Assisium, pietatis causa, adierint.

VI. Indulgentias, quas S. R. E. Cardinales, Apostolicae Sedis Nuntii, itemque Archiepiscopi et Episcopi in usu Pontificalium aut impertienda benedictione aliave forma usitata largiri solent.

Ceteras omnes indulgentias plenarias et partiales, aut ab Apostolica Sede directe concessas, aut ab aliis quoquo pacto concessas, concedendasque ex facultate iure ipso vel peculiari indulto sibi facta, decernimus, per totum Annum Sanctum vivis nequaquam prodesse, sed tantummodo vita functis. Praesentium interea auctoritate Litterarum praecipimus ac mandamus, ut, praeter Indulgentias Iubilaei easque, quas superius singillatim excepimus, nullae praeterea aliae uspiam, sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae aliisque poenis arbitrio Ordinariorum infligendis, publicentur, indicantur vel in usum demandentur.

Ad illud idem propositum, ad quod indulgentiarum intermissio spectat, facultates et indulta absolvendi



etiam a casibus Nobis et Apostolicae Sedi reservatis, relaxandi censuras, dispensandi a votis eademque commutandi, dispensandi praeterea ab irregularitatibus et impedimentis, cuilibet quoquo modo concessa, extra Urbem eiusque suburbium, per Iubilaei Maximi decursum, suspendimus nullique suffragari volumus.

Ne tamen ab innovata praesentis temporis disciplina recedamus, haec per exceptionem decernimus

I. Ratae sint facultates omnes per Codicem iuris canonici quovis modo concessae, exceptis facultatibus ex privilegio provenientiibus, per Codicem non revocato, ut ad canones 4 et 613.

II. Ratae item firmaeque sunt facultates pro foro externo ab Apostolica Sede tum Nuntiis, Internuntiis, et Delegatis Apostolicis factae, tum Ordinariis locorum et Antistitibus religiosorum Ordinum quoquo modo in subditos suos tributae.

III. Quas denique facultates S. Poenitentiarum Nostra impertire solet Ordinariis aut confessariis pro foro interno, easdem ne extra Urbem quidem suspendimus, sed ita ut erga eos dumtaxat poenitentes exercentur, qui, quo tempore confessionem peragunt, iudicio Ordinarii aut confessarii nequeant sine gravi incommodo Urbem adire.

Quaecumque autem his Litteris decreta continentur ea omnia stabilia, rata, valida esse volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuslibet.

Earum vero exemplis aut excerptis, etiam impressis, notarii publici cuiusvis manu subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eandem volumus haberi fidem, quae habere tur praesentibus si essent exhibitae vel ostensae.

Nulli igitur liceat hanc paginam Nostrae suspensionis, declarationis, voluntatis infringere vel ei, ausu temerario, contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.



Datum Romae apud Sanctum Petrum, die v mensis iulii anno MDCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO,  
*S. R. E. Cancellarius.*

O. CARD. GIORGI,  
*Poenitentiarius Maior.*

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus.*

Ioannes Zani Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*

---

*Indulgentiae anni iubilaei MDCCCXXV conceduntur  
monialibus aliisque stabili impedimento detentis  
cum opportunis facultatibus circa absolutiones  
et, votorum commutationes.*

PIUS EPISCOPUS

*Servus servorum Dei*

*Ad perpetuam rei memoriam*

Apostolico muneri, quo divinitus fungimur, flagrantissimaeque caritati, qua universum dominicum gregem, Nobis commissum, complectimur, consentaneum profecto est, idemque cum more institutoque decessorum Nostrorum apprime congruens, ut—postquam, per Constitutiones ante editas, praesentissima expiationis remedia salutisque adiumenta iis omnibus paravimus ac providimus, quibus aut Romae incolis aut advenis facultas non deerit statutis condicionibus parendi, ut propositam sibi plenissimam iubilaei veniam assequantur—iam ceteris longe plurimis prospiciamus, qui non una de causa impedientur quominus aut Romanam peregrinationem suscipiant aut praescriptas quattuor Basilicarum visitationes instituant. Eos intellegi volumus, qui cum intra claustralia saepta vivant vel in hostium potestate versentur cus-



fodiaque publica defineantur vel corporis infirmitate laborent, prohibentur prorsus ne imperata, Iubilaei causa, expiandis animis opera adgrediantur ac perficiant. Quorum conditioni aut calamitati officium benignitatis Nostrae deesse nolumus, eo vel magis quod Nobis pondemus futurum, ut coniunctis eorundem precibus, quibus promerita accedant sive innocentis vitae in divinis rebus contemplandis virtutibusque religiosis exercendis traductae, sive castigationis aegrotationisque, poenitentiae spiritu, toleratae, illa a Deo bona catholico nomini obveniant, quae ut ab omnibus flagitarentur, indicendo Iubilaeo maximo mentem esse Nostram aperte declaravimus.

Itaque concessionis huius Nostrae, ex qua Iubilaei veniam lucrari—ita, quemadmodum mox dicemus—ii etiam possint, quibus sepulcra Apostolorum et Patriarchales Urbis Basilicas adire non liceat, participes dumtaxat sunt:

I. In primis moniales omnes, quae in coenobiis degunt sub claustrum perpetui disciplina; item quae in iisdem monasteriis aut probandae et postulantes sunt aut tirocinium exercent aut educationis aliave legitima de causa, etsi per maiorem tantummodo anni partem, commorantur. Neque excipi volumus mulieres earum conturbatales, quae, famulatus vel stipis colligendae gratia, saepe religiosa egrediuntur.

II. Omnes religiosas Sorores, scilicet votorum simplicium, quae ad Congregationem pertineant iuris sive pontificii sive dioecesani, quamquam severiori claustrum lege non adstringuntur, una cum suis novitiis, probandis, atque educandis puellis—semiconvictricibus quoque, ut aiunt, non tamen externis—, aliisque communi cum ipsis mensa utentibus, domicilio vel quasi domicilio.

III. Pariter Oblatae, seu piae feminae, vitae societate coniunctae, etiamsi vota non emittant, quarum tamen Instituta ab Ecclesiastica auctoritate vel ratione stabili vel ad experimentum probata sit, una cum suis novitiis,



probandis, puellis educandis aliisque communi cum ipsis contubernio, utentibus, ut de Congregationibus religiosis n. II diximus.

IV. Omnes feminae ad quemvis Tertium Ordinem Regularem pertinentes, quae sub uno eodemque fecto, cum approbatione ecclesiastica, communiter vivunt, itemque, ut supra, omnes earum contubernales.

V. Puellae et mulieres in gynaeceis seu Conservatoriis degentes, quamvis non sint Monialibus, Sororibus religiosis, Oblatis Tertiariisve concredita.

VI. Anachoretae et Eremitae, non ii quidem, qui nullis adstricti clausurae legibus vel communiter vel solitarii sub Ordinariorum regimine certisque legibus obtemperantes vivunt; sed ii, qui in continua licet—non omnino perpetua—clausura et solitudine deditam contemplationi vitam agunt et monasticum aut regularem Ordinem profitentur, ut Cistercienses Reformati B. M. V. de Trappa, Eremitae Camaldulenses et Carthusiani.

VII. Christifideles utriusque sexus, qui captivi in hostium potestate versantur, aut in carcere custodiuntur aut exilii poenas deportationisve luunt aut apud poenales domos ad opus damnati, reperiuntur: item ecclesiastici vel religiosi viri, qui in coenobiis aliisque domibus, emendationis gratia, detinentur.

VIII. Christifideles utriusque sexus, qui morbo vel imbecilla valetudine prohibentur, quominus, intra Iubilaei annum, aut Urbem adeant aut in Urbe praescriptas Patriarchalium Basilicarum visitationes instituant; qui in nosocomiis, conducti vel sponte ipsi sua, aegrotantibus, continuata opera, adsunt; item operarii, qui cotidiano sibi victum labore comparantes, nequeunt se ab eo per tot dies atque horas abstinere; senes denique qui septuagesimum aetatis suae annum excesserint.

Istos igitur omnes et singulos monemus vehementerque hortamur, ut quam Christus Redemptor, qui delere vult iniquitates nostras, per Ecclesiam ipsis occasionem opportunitatemque misericorditer offert animi, pia-



culari anno, expiandi atque ad sanctiorem vitam provehendi, eam ne neglegant neve praetermittant. Sua quisque admissa sincere perscrutantes et non sine gemitu ploratuque dolentes saluberrimo Poenitentiae Sacramento eluant congruisque castigationibus expient; tum caeleste participant epulum, ea quidem reverentia et fide et caritate, ut ad vivendum angelorum more inde prompti redeant ac parati. Interea Dominum Iesum Christum, quem pectore exceperint, ad mentem Nostram enixe orent; idque potissimum flagitent, ut, depulsis dissensionum discidiorumque causis, mansuram pacem inter populos conciliet, itemque cum ad Ecclesiam suam, caelestium effusione gratiarum, avulsos revocet filios, tum sanctissimam eam regionem, quam Ipse sudoribus suis excoluit et sanguine suo consecravit, ne sinat violari ac contaminari atque in Crucis suae inimicorum dominatum incidere. Visitationi autem quattuor Urbis Basilicarum alia religionis, pietatis caritatisque opera iidem sufficiant, quae Ordinarius per se ipse vel per prudentes confessarios, pro condicione et valetudine singulorum ac pro loci temporisque rationibus, iniunxerit.

Itaque omnipotentis Dei misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, iis omnibus et singulis, quos supra memoravimus, vere poenitentibus et intra Annum Sanctum rite confessis ac sacra synaxi reffectis, Deumque, ut supra diximus, ad mentem Nostram orantibus, omnia denique implentibus alia iniungenda opera in locum visitationum, ac, vel inchoatis tantum iisdem operibus si morbus periculosus oppresserit, plenissimam omnium peccatorum indulgentiam, veniam et remissionem, etiam bis intra Anni sancti decursum, si iniuncta opera iteraverint, haud secus ac si praescripta communiter ceteris omnibus explevissent, de Apostolicae liberalitatis amplitudine largimur atque concedimus.

Porro liceat unicuique eorum, quos supra memoravimus, sibi confessarium eligere a suo Ordinario ad



• praescripta Codicis approbatum, cui, vi praesentis Constitutionis, pro confessione dumtaxat ad lucrandum Iubilaeum instituta, concedimus, ut, sine detrimento earum facultatum, quas forte alio titulo exercere possit, personas supra dictas in foro sacramentali tantum absolvere queat a quibusvis censuris et peccatis etiam Apostolicae Sedi speciali modo, non tamen specialissimo modo, reservatis, excepto casu haeresis formalis et externae. impositis salutari paenitentia aliisque secundum canonicas sanctiones rectaeque disciplinae regulas iniungendis. Praeterea confessario, quem monialis sibi elegerit, potestatem facimus dispensandi a votis privatis quibuslibet, quae ea ipsa post professionem sollemnem nuncupaverit quaeque regulari observantiae minime adversentur, Confessarios autem supra memoratos volumus etiam dispensando commutare posse omnia vota privata, quibus Sorores in Congregatione votorum simplicium, Oblatae, Tertiariae regulares, puellae et mulieres communibus domibus vitae agentes, sese obstrinxerint, iis votis exceptis quae Nobis et Apostolicae Sedi reservata sint: factaque commutatione, a votorum etiam iuratorum observatione absolvere.

• Hortamur autem venerabiles fratres Episcopos aliosque locorum Ordinarios, ut, ad apostolicae Nostrae benignitatis exemplum, eligendis ad praesentium effectum confessariis impertiri ne recusent facultatem absolvendi a casibus qui ipsis Ordinariis reservati sint.

• Harum interea decreta et iussa Litterarum rata, valida, firma in omnes partes esse et fore decernimus, contrariis non obstantibus quibuslibet. Volumus denique ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus adiungatur fides, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

• Nulli igitur hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, concessionis, derogationis et voluntatis infringere.



gere vel ei ausu temerario contra ire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis iulii anno MDCCCXXIV, Pontificatus Nostri tertio.

O. CARD. CAGIANO,  
S. R. E. Cancellarius.

O. CARD. GIORGI,  
Poenitentiarius Maior.

Raphael Virili, *Protonotarius Apostolicus*

Ioannes Zani Caprelli, *Protonotarius Apostolicus*.

---

## VARIACIONES DEL BREVIARIO

EN LA TERCERA EDICIÓN VATICANA

---

Esta edición aprobada el 31 de Julio de 1923, contiene en las rúbricas *generales* del principio y en las *especiales* intercaladas en el texto, todas las normas dadas por la Santa Sede para el rezo del breviario desde la reforma de Pío X hasta nuestros días. Asimismo contiene el rezo de todas las fiestas y oficios introducidos desde 1924, tanto *particulares* como *universales*, y están ya oportunamente indicados en el Calendario perpetuo que precede a las rúbricas generales. Véanse por ejemplo los días 6-12 de enero, el 24 de marzo el 18 y 28 de junio, el 3 y 4 de julio, el 29 de agosto, el 24 de octubre, 3, 5, 6 y 7 de noviembre, el 9, 10, 12, 14 y 30 de diciembre.

En las nuevas rúbricas *generales* se han introducido algunas mudanzas, como puede comprobarse comparándolas con las anteriores ediciones. Por ejemplo, en el tít. II, n. 2; tít IV, n. 5, 6 y 8; tít. V, n. 3, y 5; tít,



VI, n. 1, 2 y 4; tít. VII, n. 1, 2, 3 y 5; también hay algunas variaciones en las advertencias que preceden y siguen a las tablas de ocurrencia y concurrencia de los oficios.

Encuanto a las rúbricas *especiales*, conviene anotar las mudanzas siguientes:

1. La rúbrica puesta el día de la Epifanía después de la 1.<sup>a</sup> lección del 3.<sup>er</sup> nocturno advierte que el responso *Hodie in Jordane* se dice también en la primera Feria que viene inmediatamente después de la Dominica infraoctava de Epifanía, en la cual se toman las lecciones de la 1.<sup>a</sup> carta de San Pablo a los de Corinto.

2. En el oficio de San Pedro Crisólogo (4 de diciembre) se ha puesto al principio *m. t. v.*, suprimiendo lo que antes se añadía: *nisi tamen alicubi I Vesperas habeat*. Además, hacia el fin de la 6.<sup>a</sup> lección, después de la palabra *exciperet*, se ha puesto *quarto* (en vez de *tertio*) *Nonas Decembris*.

También en las fiestas de San Beda (27 de mayo), San Buenaventura (14 de julio) y San León I, Papa (11 de Abril), se ha puesto *m. t. v.*; y en esta última fiesta, en la 6.<sup>a</sup> lección, en vez de *tertio Idus Aprilis... annos viginti, menses decem, dies viginti octo*, se lee: *quarto Idus Novembris... annos viginti unum, mensem unum, dies tredecim*.

Asimismo en las fiestas de San Pedro Damián (23 de febrero), San Juan de Sahagún (12 de junio), San Alfonso M. de Ligorio (2 de agosto) y San Felipe Benicio (23 de agosto) se pone al principio *m. t. v. nisi tamen alicubi I Vesperas habeat*, (*saltem a Capitulo*, se añade en la primera de estas fiestas).

3. En las I Vísperas de las fiestas de la Aparición de San Miguel Arcángel (8 de mayo) y de los Angeles Custodios (2 de Octubre) el último Salmo será el 137 *Confitebor tibi* (y no el 116 *Laudate Dominum*), si no se han de decir II Vísperas de dichas fiestas.

Además, en las fiestas de la Aparición y la Dedicación



ción de San Miguel Arcángel (8 de mayo y 29 de septiembre antes de la última estrofa del Himno *Te splendor*, se lee: *Sequens conclusio numquam mutatur*;

Deo Patri sit gloria,  
Qui quos redemit Filius  
Et Sanctus unxit Spiritus  
Per angelos custodiat. Amén.

4. En el oficio de Santa Margarita, Reina y Viuda (10 de junio), en la 6.<sup>a</sup> lección, en vez de *quinto Idus Iunii*, se lee: *sextodécimo Kalendas Decembris*; en el de San Martín I, Papa y Mártir (12 de noviembre), se lee en la 6.<sup>a</sup> lección, en vez de *pridie Idus Novembris, sextodécimo Kalendas Octobris*; y esta misma fecha se lee en el día de Santa Cecilia (22 de noviembre), en vez de *décimo kalendas Decembris*.

5. El día de San Pedro y San Pablo (29 de junio) en la 6.<sup>a</sup> lección, en vez de *respuebat*, se lee *respuerat*. El día de la Preciosísima Sangre de Nuestro Señor Jesucristo (1 de julio) al principio de la 4.<sup>a</sup> lección, en vez de *Vultis*, se a puesto *Vis*. En el oficio de San Antonio M. Zaccaría (5 de julio) el texto evangélico (al principio del 3.<sup>er</sup> nocturno) se termina con las palabras *in illud*, omitiendo las demás que antes tenía; además, en la 8.<sup>a</sup> lección, un poco antes del medio, se ha puesto «*sed videndum est qua*», en vez de «*sed videndum est quo*».

«En la 6.<sup>a</sup> lección de San León II, Papa (3 de julio), después de la palabra *adhortaretur*, se lee: *obdormivit in Domino mense sui Pontificatus undecimo, quinto Nonas Julii, anno sexcentesimo octogesimo tertio, sepultusque est in Basilicā Sancti Petri. Ordinatione una...*» También en la 6.<sup>a</sup> lección de San Ignacio de Loyola (31 de julio) se han añadido al fin estas palabras: «*et Pius XI, sacrorum Antistitum votis obsecundans, omnium Exercitiorum Spiritualium Patronum caelestem constituit ac declaravit*».

6. En las letanías de los Santos p. 187 se ha añadido la invocación: «*Ut omnes errantes ad unitatem Ec-*



clesiae revocare, et infideles universos ad Evangelij lumen perducere digneris», conforme al decreto de 9 de Agosto, de 1922. Asimismo, a las de la recomendación del alma p. 189 se han añadido las invocaciones a San José, y a la fórmula para aplicar la indulgencia plenaria *in articulo mortis* p. 193, la instrucción mandada en el Decreto de 12 de marzo de 1922.

Finalmente, después del Itinerario de los Clérigos se ha puesto un Apéndice con el oficio de la Traslación de la Santa Casa de Loreto, el *Commune plurium Confessorum tam Pontificum quam non Pontificum, itemque plurium, tam Virginum quam non Virginum* y las *Preces ante et post Missam* p. 1\*-62\*

D. SOLA, S. J.

(De *Sal Terrae*, 1924)

---

## COLLATIONES ECCLESIASTICAE

---

### PRO COLLATIONE DIEI 18 SEPTEMBRIS

Laturtia, inconstans et incoercibilis mulier, ut libidinis vehementes quas patitur tentationes expellat, loco adhibendi alia a confessario sibi praestituta remedia, votum perfectae castitatis emittit, sperans ob id se a Deo concupiscentiae sedationem consecuturam. Quum vero tentationes exinde nihil eam minus exagitent, in desperationem acta, libidini usque adeo indulget, ut in ipsa ecclesia pravas cogitationes ac desideria foveat, imo et tactus turpes exerceat. A sacerdote quum turpiter agens quadam die deprehederetur, ob correptionem sibi factam, eum in Tribunal laicum tamquam calumniatorem defert, et in calumniae, ut ait, compensatio-



nem occultam quamdam sericam vestem sacram, quam in vestem sibi illico destinat, ingeniosissime subtrahit.

Quaeritur: Quid sit tentatio Dei? Quatenus peccatum constituit? Quid et quotuplex sacrilegium? Quando committitur personale, locale? et reale? An sit sacrilegium violatio personae voto privato castitatis ligatae? An omnia peccata luxuriae in ecclesia commissa sint sacrilegia. An omne furtum in ecclesia sit sacrilegium? An vase et vestes sacrae converti possint in usum profanum? Quibusnam licitum sit vasa sacra tangere? Quot in proposito casu Laturtia peccata sive tentationis Dei sive sacrilegii commiserit?

### *Quaestio Liturgica*

In missa cantata, quid sacerdos post sumpcionem et ablutiones facere debeat? Utrum summissa voce tum *Ite, Missa est*, tum *Benedicamus Domino* recitare, dum ea Diaconus cantat, debeat? Quomodo in Quadragesima a Diacono cantatur *Humiliate capita vestra Deo; Ite, Missa est*, et *Benedicamus Domino*? Post hoc, quid Diaconus et Subdiaconus facere debeant, praesertim quum missale ad ultimum evangelium transferendum sit? An consuetudo tolerari possit recitandi orationes post missam solemnem, vel potius statim in sacristiam discedendum sit? Quomodo in sacristia salutationes ad invicem sint faciendae?

---

## DIRECCIÓN GENERAL DEL TIMBRE

### SOBRE MATRIMONIO DE POBRES

Con fecha 21 del corriente esta Dirección general ha dictado el siguiente acuerdo:

Vista la carta del señor Cura Párroco de San Juan



Bautista, de Valladolid, dirigida al Excmo. Sr. Presidente del Directorio Militar en súplica de que se modifique el artículo 137 de la ley del Timbre sobre las actas de consentimiento y consejo en sentido de que no se exija a los pobres el probar legalmente su pobreza como requieren los Inspectores del Timbre, por ser un medio más costoso que las diez pesetas que se fijan como timbre del acta, debiendo ser suficiente la presentación de la cédula personal de ínfima clase. Vista la orden de la Subsecretaría remitiendo la carta anterior para su estudio y resolución. Visto el artículo 137 de la ley del Timbre y el 5.º base 2.ª de la Reforma Tributaria de 26 de Julio de 1922.

Considerando que, fijado el timbre de diez pesetas como impuesto para las actas de consejo y consentimiento paterno que autoricen los párrocos, notario y autoridades eclesiásticas, jueces municipales y notarios civiles, a tenor de los artículos 20, regla 4.ª, letra A, 59 y 137 de la ley del Timbre, se declaró su exención cuando se trate de matrimonio que hayan de celebrar los pobres de solemnidad y deban de unirse a expedientes matrimoniales de pobres, conforme a la base 2.ª del artículo 5.º de la ley de Reforma Tributaria; y si bien en esa disposición no se menciona más que las escrituras notariales y las actas entendidas en el Registro Civil, no cabe dudar que la exención tiene igual aplicación a las extendidas ante la jurisdicción eclesiástica, porque sería injusto y absurdo el suponer que, produciéndose por una y otras actas los mismos efectos, fuese distinto su reintegro según la autoridad que las autorizase, negando a unos pobres el beneficio que a otros se concede.

Considerando que la justificación de la pobreza requerida para la exención no exige los trámites de la ley de Enjuiciamiento civil, establecidos sólo para casos de edificio, y que por sus reglas a que han de sujetarse tampoco probarían la pobreza extrema que la ley, exige



siendo suficientes, tratándose de efectos puramente administrativos y fiscales, certificación expedida por la autoridad local respectiva que quede unida al acta original.

La dirección, general, resolviendo la petición formulada por el señor Párroco de San Juan, de Valladolid, acuerda declarar: 1.º Que las actas de consentimiento y consejo paterno, autorizadas por los Párrocos, notarios, autoridades eclesiásticas, están exentas del impuesto del Timbre cuando se trate de matrimonio que hayan de celebrar pobres de solemnidad y deba de unirse al expediente matrimonial de pobres; 2.º Que para la justificación de la pobreza deberá presentarse al autorizante certificación expedida por la autoridad local del domicilio de los contrayentes, que se unirá al acta original; y 3.º Que este acuerdo se comuniquen a la Compañía Arrendataria, para que se tenga en cuenta por la Inspección de Timbre en los casos a que se refiere.

Lo que comunico a V., etc.—Madrid, 24 de Marzo de 1924.—*El Director general*.

(B. O. E. del Arzobispado de Valladolid 1924, pgs. 128 y 129.).

---

## BIBLIOGRAFIA

---

Doctor Manuel Ayala, profesor de la U. P. de Burgos. «Gramática Latina».

Se sale de la vulgaridad esta recomendable Gramática latina, que a un alto valor pedagógico ha sabido unir los últimos progresos de filología. Como cursos de ampliación lleva un tratado de *Estilística* con una práctica exposición de las formas del bien decir y otro de *Métrica*, que abraza la clásica y la poesía litúrgica de la Igleia.